

brum, ne tugurium quidem culmo testum cerni usquam potest: Sed gladius barbarico ritu humi figitur nudus. eumque ut Martem, regionum quas circumveniunt præfulem, verecundius colunt. Quid ergo mirum, si Deo suo teste, ac quasi executorē lites diremerint, ac ipsius arbitrio & se, & rem, vitamque permiserint, imò omnia reipubl. momenta ab armis voluerint pendere. Quamquam & alias gentes vel gravissima quæque, in disceptationem venientia, iisdem dijudicare consuevissent, testatur in sacris Davidis cum Goliatho conflictus. *I. Sam. 17.*

Recurratur ad eum, verba sunt *Dantis Aligheris lib. 2. de Monarch. pag. 186.* ne justitia derelicta maneret, ubicunque humanum iudicium deficeret, vel ignorantia tenebris involutum esset; adeoque per eum de libero assensu partium non odio, sed amore justitiæ, per virium, tam animi quam corporis mutua collisionem divinum iudicium postulabatur.

7. Celebris ideoque & sancta res fuit apud antiquos Germanos Monomachia, ideoque non equis insidentes, sed terræ insistentes congregiebantur: ita refertur *in Histor. Græca Laonici Chalcondyle, apud Freher. tom. 2. Germ. script. in princ.*

Imò majores nostri de prælio etiam faciendo,